



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 117. Fridericus in Franciam profugus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

§. CXVII.

Sæcul. XVI.
A.C. 1501.*Fridericus in Franciam profugus.*

His articulis utrinque integra fide executioni datis, infaustus ille Rex primo ad Ænariam Insulam secedit, secum abductis Regina conjuge, necnon famulis suis, quorum fides sibi magis probata erat. Præter hos etiam secum abstraxit Beatricem, atque Isabellam, quarum prima a Wladislao Bohemiæ, ac Hungariæ Rege repudiata, altera vero olim Mediolanensis Ducissa erat: Columnenses quoque Fridericum, in cuius fide constanter perstiterunt, sequebantur. Pau-Hist. du Chev- valier Bayard. 4. 8. Post diebus Fridericus a Galliarum Rege publicas securitatis literas petebat, quibus haud ægre impetratis, cum quinque triremibus abscessit, Ludovicum Regem aditurus, a quo perbenigne exceptus, Andegavensi Ducatu unacum triginta millium nummum aureorum pensione donatus est, quæ pecuniarum summa eidem semper integra fide numerabatur, etiam postquam Galli ex Neapolitano Regno iterum depulsi fuerant.

Interea vero Consalvus in interiora Regni victricibus armis penetrabat, acceptoque nuncio, Capuam a Gallis fuisse captam, ipse die vigesima nona Julii

A a 4.

Neo-

Sæcul. XVI. Neocastro, ubi tum hærebat, profectus,
 A.C. 1501. Cosentiam processit, urbis hujus arcem
 expugnaturus, qua occupata postmodum
 ad primos adventus sui rumores, omnes
 Apuliæ urbes sese illius Imperio subji-
 ce certabant, solis Tarentinis Consalvo
 obsistere ausis: Alphonfus enim Fride-
 rici Filius, qui unacum Potentianno Co-
 mite, ac Leonardo Rhodiorum Episco-
 po urbem tuebatur, deditionem facere
 constanter recusabat; unde Consalvus co-
 pias suas admovit, ac civitatem toto ar-
 morum apparatu, tamque dura obsidio-
 ne pressit, ut Alphonfus urbem dedere
 compelleretur, pacta conditione, vi cu-
 jus quarto primum mense urbem trade-
 ret, eoque termino evoluta confestim
 eam Consalvo cederet, sicque præclarus
 ille Bellidux universum Regnum suis ar-
 mis subjecit; Alphonso autem præstita
 ad ipsum sacratissimum Christi corpus
 juramenti fide promisit, se illi, quocun-
 que vellet, abeundi libertatem concessu-
 rum, nihilominus captum detinuit, ac
 valido stipatum præsidio in Hispaniam
 deduxit ad Ferdinandum Regem, a quo
 tamen haud vulgari benignitate ac cle-
 mentia habitus est.